

59

scriptio utramque speciem, & omnes eius causas continet. Inde vero hæc deducuntur *ποεισματα*.

P R I M U M ποεισμα. Ad creationem tres conditiones requiruntur: 1. vt aliquid fiat ex nulla materia. 2. vel ex materia indisposita. 3. absque motu, in instanti. Prima & tercia priori: tres simul posteriori creationi insunt. Vnde liquet, posteriorem non minus vere & proprie creationem esse, quam priorem. Et hec est creationis forma, qua quantum à generatione naturali creatio differat, manifestum est. Natura enim non generat aliquid ex nihilo, sed ex materia, & quidem apta, seu prædicta vi seminali, idq; prævia alteratione & corruptione, qua potentia materiæ deducitur in actu: quorū nihil fit in creatione. Quatenus vero creationis historia à Græcis vocetur *γένεσις*, & à Moſe *וְיֹהוָה* in titulo est explicatum.

Miracula an-
sint creatio. Si quis hic quærat: an miracula diuina sint creatio: Respond. ex distinctione miraculorum. Quibus tantum natura legitur intensa vel inhibita potentia diuina, ea nihil attinet ad creationem referre, vt cum Sara effæta & sterilis parit. Stephanus acie oculorum in cœlum supremum penetrat: Ignis Babylonius non vrit &c. Quibus vero res subito producuntæ fuerunt, vel rerum essentiales formæ, aut propria inde dependentia mutata: ea ad creationis alterutram speciem recte referuntur, vt cum angeli apparuerunt corporea specie, aqua profluxit ex petra, vel conuersa est in vinum, panes sunt multiplicati, virgo peperit, ferrum natauit &c.

Creatio so-
lius Dei pro-
pria.

SECUNDUM ποεισμα. Ex definitione patet, utramque creationem solius Dei tanquam causam primæ & uniuersalis effectum esse proprium: quoniam nulla vi creata ex nihilo potest produci aliquid, hoc est, vel materia, vel forma, vel res aliqua, aut materiæ inhabili indi habilitas ad recipiendam formam, cuius non habet potentiam, exempli causa, vt ex arena vel

A lapide generetur chymus vel sanguis in animali &c. Sed hoc est opus omnipotentis naturæ proprium. Hinc Scriptura

Deum solum prædicat creatorem: Diabolus nec pediculum aut cymicem creare posse testatur historia magorum Ægyptiorum Exod. 8.18. Efficientis igitur causa creationis est Deus omnia creans solus, sicut dicitur Ies. 44.

24. Ego Iehoua faciens omnia: extendens cœlos SOLVS: extendens terrā potentia mea. Explodenda vero est quæstio & disputatio

B scholasticorum, vtrum Deus possit aliquid creare. *Nihil enim impossibile Deo, nisi quod nō vult:* inquit Tertull. de carne Christi. Mundum autem creare voluit. Ergo potuit. Neq; creatio alicuius ex nihilo contradictionem implicat, aut naturæ Dei aduersatur, quæ duo alioqui omnipotentiæ Dei nō sunt subiecta, nō ex defectu potentiæ, sed ex perfectione naturæ. Ergo creare omnia ex nihilo potuit.

Corpus Christi in missa non creatur a sa-
cerdote. Hinc etiam refellitur commentum, quo fingitur à Sacerdote ex pane creari

C Christi corpus in Missa. Nam neque prioris speciei hæc dici potest creatio, cum non fiat ex nihilo, neq; posterioris, cum nec diuina nec humana vi ibi fiat mutatio materiæ inhabilis, hoc est, panis in corpus. Non diuina: quia hæc nullo Dei verbo potest doceri, cū nec Christus ipse fecerit ex pane suum corpus, nec promiserit se facturū per Sacerdotem, cum dixit: *Hoc est corpus meum:* non autem: *hoc fiat corpus meum:* Nec etiam humana siue effectiva, siue instrumenta-

D li. Expressæ enim Thomas refutans Magistrum id afferentem: *Impossibile est, (inquit) Thom. p. 1 quod alicui creaturæ conueniat creare, neque virtute propria, neque instrumentaliter, siue per ministerium.* Solus igitur Deus omnia creauit: idque IMMEDIATE, hoc est, sine auxilio, & sine causis adiuvantibus aut secundis. Ies. 44.24. *Extendens cœlos solus, stabiliens terram, nullus mecum.* Sed per Filium: non vt per ministrum, nec vt per causam concreantem, sed vt per

Diabolus nec pediculum creare potest.

10.40.
P. 10.40.

B. 10.40.
h. 10.40.

De pro-
physi-
nico
fi.

Ide.

Lombard.

lib. 4. d. 5.

Thom. p. 1.

9.45. a. 3.

Thom. p. 1.

per.